

Similiter si dicat, Inuenias duos numeros ex quorum diuisione vnus per alterum, proueniat 6. & cubus vnus cum quadrato alterius faciat 30. tunc est ac si diceret inuenias duos numeros in proportione sexcupla quorum cubus vnus cum quadrato alterius faciat 30. tunc pone vnum 1. co. alter igitur erit 6.co. & tunc semper debes cubare maiorem & quadrare minorem, & habebis 216. cu. p. 1. cen. æqualia 30. Quare 1. cu. p. $\frac{1}{216}$ cen. æquabitur $\frac{1}{36}$ & hoc habet æquationem vt patet. Quòd si dicat quòd quadratum maioris detractum à cubo minoris, vel quadratum minoris detractum à cubo maioris faciat 30. id est residuum fit 30. tunc debes cubare & quadrare quod proponitur & detrahere, nam semper sequitur æquatio quia peruenitur ad capitulum cubi æqualis censibus & numero.

30 Si verò dicat quòd diuidatur 4. in duas partes quarum cubus vnus cum quadrato alterius faciat 30. exempli gratiã dico hoc debet fieri per positionem incruatam & est quartum genus positionis, & fit hoc modo. Accipe $\frac{2}{3}$ de 4. numeri diuidendi semper & est $2\frac{2}{3}$, huic adde pro regula semper $\frac{1}{9}$ fit $2\frac{7}{9}$, huius accipe R. quæ est $1\frac{2}{3}$ & ei adde $\frac{1}{3}$ pro regula quod fuit R. $\frac{2}{9}$ etiam additi pro regula fiet totum 2. deinde adde 2. ad 4. fit 6. deinde pone vnam partem esse 1. co. m. 2. & aliam 6. m. 1. co. nam 6. fuit aggregatum ex numero inuenito & numero diuidendo, & 2. est numerus inuentus & la. co. minuitur ab aggregato, & numerus inuentus minuitur de la. co. nam iunctis 6. m. 1. co. cum 1. co. m. 2. fit 4. præcisè. Cuba igitur partem quæ est res m. numero, fit 1. cu. m. 8. m. 6. cen. p. 12. co. quadra maiorem numerum m. co.

Prima pars,	6. m. 1. co.
Census,	36. p. 1. ce. m. 12. co.
Secunda pars,	1. co. m. 2.
	12. p. 1. ce. 3. ce. p. 4.
Cubus,	1. cu. m. 8. m. 6. ce. p. 12. co.
Aggregatū cubi & cen ^s æqualia	1. cu. p. 28. m. 5. ce. 30.

fit 36. p. 1. ce. m. 12. co. iunge simul, fiunt 1. cu. p. 28. m. 5. cen. æqualia 30. Igitur 1. cu. æquatur 5. ce. p. 2. Quare res valebit R. v. cu. $\frac{5}{27}$ p. R. $\frac{10}{27}$ p. $1\frac{2}{3}$ p. R. v. cu. $\frac{5}{27}$ m. R. $\frac{10}{27}$ & quia prima pars fuit 6. m. 1. co. igitur prima pars quæ fuit quadranda est $4\frac{1}{3}$ m. R. v. cu. $\frac{5}{27}$ p. R. $\frac{10}{27}$ m. R. v. cu. $\frac{5}{27}$ m. R. $\frac{10}{27}$, & alia pars (& est pars maior cubanda) est R. v. cu. $\frac{5}{27}$ p. R. $\frac{10}{27}$ p. R. v. cu. $\frac{5}{27}$ m. R. $\frac{10}{27}$ m. l. $\frac{2}{3}$ & est valor rei m. 2. & ita in reliquis tenet regula generaliter.

Velut si diceres, fac de 6. duas partes ita quòd cubus vnus cum quadrato alterius faciat 100. Tunc accipe $\frac{2}{3}$ de 6. quod est 4. huic adde $\frac{1}{9}$ pro regula fit $4\frac{1}{9}$, accipe R. $4\frac{1}{9}$ & ei adde $\frac{1}{3}$ pro regula fit R. $4\frac{4}{9}$ p. $\frac{1}{3}$, hoc adde ad 6. habebis $6\frac{1}{3}$ p. R. $4\frac{4}{9}$. Pone igitur hunc numerum m. 1. co. & 1. co. m. numero inuenito, habebis igitur $6\frac{1}{3}$

p. R. $4\frac{1}{9}$ m. 1. co. & 1. co. m. R. $4\frac{4}{9}$ m. $\frac{1}{3}$, cuba hunc & quadra primum habebis 1. cu. æqualem censibus & numero quia per modum huius positionis cadunt res ab vtraque parte.

Si verò dicat fac de 7. duas partes quarum cubus vnus cum quadrato alterius faciat 49. tunc quando numerus producendus est quadratum numeri diuidendi vt hîc (nam 49. est quadratum 7.) tunc dupla numerum diuidendum qui est 7. fit 14. ei adde $\frac{1}{4}$ pro regula semper fit $14\frac{1}{4}$, huius accipe R. & ab ea minue $\frac{1}{2}$ pro regula habebis valorem rei R. $14\frac{1}{4}$ m. $\frac{1}{2}$. Et ita si dixisset diuide 9. in duas partes quarum cubus vnus cum quadrato alterius faceret 81. tunc semper duplica 9. numerum diuidendum fit 18. adde ei $\frac{1}{4}$ pro regula, fit $18\frac{1}{4}$,

Res R. $18\frac{1}{4}$ m. $\frac{1}{2}$	$9\frac{1}{2}$ m. R. $18\frac{1}{4}$
19. 55.	$9\frac{1}{2}$ m. R. $18\frac{1}{4}$
Cubus R. $6588\frac{1}{4}$ m.	$108\frac{1}{2}$ m. R. $6588\frac{1}{4}$
27 $\frac{1}{2}$	

cape R. & ab ea minue $\frac{1}{2}$ fiet valor rei R. $18\frac{1}{4}$ m. $\frac{1}{2}$ & residuum erit $9\frac{1}{2}$ m. R. $18\frac{1}{4}$ cuius probatio est quod cubus R. $18\frac{1}{4}$ p. $\frac{1}{2}$ fit R. $6588\frac{1}{4}$ m. $27\frac{1}{2}$ quadra $9\frac{1}{2}$ m. R. $18\frac{1}{4}$ fit $108\frac{1}{2}$ m. R. $6588\frac{1}{4}$ iunge simul, fiunt 81. quod erat propositum.

Trigesima prima, Sunt duo numeri quorum differentia est 10. & quadratum minoris cum quadrato tertiae partis maioris, & R. aggregati æquatur 110. soluitur ex centesima decima septima quæstione practicae per regulam positionis proportionatae nam si minor numerus ponatur 1. co. erit maior 1. co. p. 10. & $\frac{1}{3}$ maioris $\frac{1}{3}$ co. p. $3\frac{1}{3}$ Multiplica 3. denominatorem in se fit 9 adde 1. fit 10. multiplica etiam 3. in $3\frac{1}{3}$ fit

1. co. $\frac{1}{3}$ co. p. $3\frac{1}{3}$
3. 10.
9. 1.
1. 10.
10. 1.
$\frac{1}{3}$ co. p. 3.

10. diuide hoc secundum productū per primum, exit 1. & hic est numerus minuendus ab 1. co. Multiplica hoc per 3. etiam fit 3. & hic est numerus addendus ad $\frac{1}{3}$ co. quare quadra vtrumque & habebis $\frac{1}{9}$ ce.

$\frac{1}{9}$ co. p. 3.
$\frac{1}{9}$ ce. p. 2. co. p. 9.
1. co. m. 1.
1. ce. m. 2. co. p. 1.
$1\frac{1}{9}$ ce. p. 10.
R. v. $1\frac{1}{9}$ ce. p. 10.

p. 2. co. p. 9. & 1. cen. m. 2. co. p. 1. quæ simul iuncta faciunt $1\frac{1}{9}$ ce. p. 10. huic aggregato